BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 55
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Columba peccato offert qui alabonitur in gemitu suo lauat per singulas noctes lectum suum.
hoc est per singulas pulsantis culpe tenebras opera sua bona inquib: requiescere debeat.
lacrimis abluere non cessat. Columbarum pullos in holocaustum ferunt qui patriae caelestis absentia deflentes aiunt. super fluminia babilonis illic sedimus & fleuimus dum recordaremur tui sion. sicut enim columbae super fluenta residere delectantur ut accipitris aduentum umbre cursu per aquas puidere simul & euadere queant. sic per fectos sic animae pauperum spiritus sancti mente attendentes quoplurimi in ac babilone quisui gemitib: pascuntur maligni hostis exempla conspiciunt. eo crebriores ad aeterna sui desideria pennas sustollant. hoc sane inter turturis & columbe significantia distat, quod columba quae gregatim conuersari uolare & gemere consueuit ac tu uite frequentia demonstrat.
De quadicit. multitudinis autem credentium erat cor & anima una. nec quisquam eorum quae possidebant aliquid suum esse dicebant sed erant illis omnia communia. turtur uero quisingularitate gaudet & adeo ut si coniugem casu perdiderit solus ex inde permanet speculatae uite culmina denuntiat quia & paucorum est iste iustus. & his singilatim ad tributa solus esaias dominum exercituum uidet & laudes seraphim contemplatur. & quia male tacuerit quasi turtur singularis ingemit: moses pauente pe cul populo solus ascendit ad dominum. & ne idem populus feriatur lacrimosis precib: impetrat. solus fugientib: socis danihel in angelos remanet. solus hiezechiel quadrigas cherubin & supne ciuitatis aedificia celsa miratur. solus paulus ad diuicias parte disi & uisendi caeli testi secreta interpretatur. Item cum intrauerit cubiculum clauso ostio oro patrem in abscondito turturem offero. Ut cum eiusdem operis conpares quaero canendo cum psalmista.
Uenite adoremus & procidamus ante dominum ploremus coram domino qui fecit nos. Columbas ad altare depono. & quia aeque conuiuiq: conditori accepta est. ostia consulte lucas. utrum turtures an pullos columbarum pro domino sint oblati non dixit. ne unum alteri uiuendi ordinem preferret. sed utrumque: sequendum uterumque: diuinis cultib: docet & offerendum. Igitur quia de purgatione longior sermo prouenit quid in sedierum purgationis numerus contineat mysterii & quare idem in femine gentis ceu purgandae geminari sit iussus in leuitico congruenti explanabitur.

Et ecce homo erat in hierusalem cui nomen symeon & homo iste iustus & timoratus expectans consolationem israel & spiritus sanctus erat in eo.

Natio incarnedomino non solum angelis decaelis sed & omnis aetas mortalium & uterque sexus testimonium reddit. decebat enim omnium saluatorem sicut uenturum incarne omnium tempore sancti temporis fidelium facto uel dicto praefigurari. tam etiam uenientem communi omnium laude praedicari. implet & apphetia quae dicit. laudate dominum de caelis. & celebrus quoque. iuuenes & uirgines seniores cum iuniorib: laudent nomen domini quia exaltatum est nomen eius solius. confessio eius super caelum & terram.
Iustus inquit & timoratus. qui difficile iustitia sine timore custoditur. Non illum dico timorem qui sub lege poenalis temporalia bona sibi subtrahi phoresceto quem psalmista dilectio.